superiores Intelligentiæ oīa habet inferiora guber=
nant ideas.

Hæ Intelligentiæ de quibus iam diximus sunt particula=
res, et quæ rebus ipsis particularibus adsunt et quod
modo iungi affectant itaq; omnium infimè.

Supremæ sunt Cœlestes Intelligentiæ communium sive Astrorū
quarum potentia immensa est, maximeq; pura et effi=
cax quippe quæ ab illo p.° et immutabili et indesinenti
principio Deo immediatè profluat.

Inter autem ipsas supremas infimasq; intelligentias sunt,
et mediæ ferme infinitæ, quarum maximè usus est
in magia: suprema enim quævis Intelligentia e.g.
Angelus Mercurij innumeros habet Satellites. Ipse Angelo,
instar Regis omnibus illis imperat et pro varia infe=
rioris materiæ dispositione modo, hoc modo illo utitur
ut influendas ab ipso facultates in diversa subiecta di=
versarum facultatum capacia respergat, nec enim ignoras
quomodo ex varijs planetarum aspectibus, et diversa Coeli
constitutione varia oriantur in natura dispositiones
tam ad agendum, quam ad patiendum. Ipsa igitur natura
actuatur per primam, mediamq; Intelligentiam e.g.
Raphael Angelus Mercurij natum prudentem, et ingeniosū
calluit Astrologum potentius tandem Genius qui est ultima
et